

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Cothmann

**Programma in Funeris deductione ... Clarae Soltow ... Viri, Dn. Bernhardi Soltow/
I.U.D. celeberrimi Filiolae Propositum**

Rostochi[i]: Pedanus, 1627

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774687169>

Druck Freier  Zugang



C o t h m a n , J . ,

i n

C . S o l t o w .

R o s t o c k . 1 6 2 7 .

12.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774687169/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774687169/phys_0004)

DFG

PROGRAMMA

in Funeris deductione

Scitissima, Suavissimaque

C L A R Æ
S o l s t o w /

Consultissimi ac Clariſſimi V I R I ,

D N . B E R N H A R D I

S O L S T O W / J . U . D .
r i m i F I L I O L A B .

P r o p o s i t u m .



R O S T O C H I

L iteris Joachimi Pedani, Acad. Typ.

Anno M DC XXVII.

PROGRAM

of the

International Conference

ON
CIVIL
GOVERNMENT

IN
THE
UNITED
STATES

AT THE
UNIVERSITY
OF PENNSYLVANIA

Proprietary

Rosdok

Digitized by the Internet Archive

in cooperation with

RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
JOHANNES COTHMAN
S. S. Theologiæ Licentiatus &
Professor.

Ecclatum originale, quantum sit malum, ratio humana sibi solum reicta non intelligit. Generales equidem Ethnicorum passim leguntur querelæ, naturæ corruptionem indicantes. At accidit illis, quod legimus apud subtilissimum Scaligerum dicentem: lambimus vitreum vas, sed pultem non attingimus. Evenit etiam illis, ut idem Scaliger ait, quod iis, qui in limo utrumq; crus impactum habent. Quoniamq; se alterutro expedire enixius conantur: eo fortius ac profundius alterum desigunt. Ita gentiles rationis tantum ductum ceu filium Ariadnes secuti, vitreum tantum vas lamberunt; ipsam vero pultem, id est plenam peccati originalis doctrinam non attigerunt. Christiani vero in schola Spir. S. informati, licet gloriari nequeant, quasi perfectissimam, omnibusq; numeris absoluta doctrinæ hujus habeant scientiam; ex parte enim dum in hac vita vivimus cognoscimus: plenius tamen, scripturæ Propheticæ & Apostolicæ tabulis eruditii, labore primævam agnoscunt. Quis gentiliū peccatū originis dixit

A 2

justi-

justitiae concreatae & originalis esse carentiam, lucis
mentis amissionem, voluntatis a Deo aversionem & cor-
dis (ne legi Dei obedire possint) contumaciam Adami
lapsum insecuram: propter quem lapsum, ac profun-
dam naturae humanae corruptionem, natim sumus omnes
filiæ iræ, nisi propter Christum fidem salvante apprehen-
sum, ex gratia fiat remissio. De hoc peccato primævo,
quæsumus est antiquitus, ac etiamnum agitur quæstio,
num infantibus usu rationis pleno destitutis tribui-
queat. Hisce iterum, rationem humanam in consilium
adhibentes, negativè cum pelagianis ac præcipue no-
stri seculi Anabaptistis, concluderemus. At scripturam
consulentes, figuram cogitationis cordis humani tan-
tummodo malum esse omnibus diebus deprehendimus.
Ne verò dies ad adolescentiam ac maturiorem tantum
ætatem, quis restingat, Spir. S. utpote depravationes
futuras prævidens, sui ipsius est interpres, dum alibi
figmentum cordis hominis a pueritia malum & perva-
sum esse pronuntiat. Unde, dicente Apostolo, Unius
(Adam scil.) delicto propagatum est malum in omnes
homines ad condemnationem. Hisce fundamentis si
quis nondum permoveri potest, cum Megalandro no-
stro Luth. in comm. Gen. provocamus, ad communem
præceptorē experientiam scilicet, quæ docet (verba sunt
Luth.) quod nascimur ex immundo semine, & contrahimus
ex ipsa natura seminis, ignorantiam Dei, securitatem, incre-
dulitatem, odium erga Deum, inobedientiam impatientiam
& similia gravissima vitia. Hæc sic in carnem nostram
sunt implantata, hoc venenum sic late per carnem, cor-
pus, animam, nervos, sanguinem, per ossa & medullas
ipfas in voluntate, in intellectu, in ratione diffusum est,
ut

ut non solum eximi plenè (in hac vita seilicet) possit, sed ne quidem agnoscatur peccatum esse. Hæc Luth. At inquis, illa quæ proponitur experientia dubia est, cum non ab omnibus talis esse agnoscatur. Age ergo, aliam mecum consideres experientiam, priori clariorum; videlicet Mortem. Mors sane parvulos peccati Adami teneri obnoxios, adeo luculenter arguit, ut qui hoc diffiteri præsumat, ille solem in meridie splendescere neget. Nam scriptura Sacra mortem & peccatum, nexus induculo conjungit, ideo stipendum peccati mortem nuncupat. Et in omnes homines mortem pervasisse, quatenus omnes peccarunt, asseverat. Hodiernum funus (ut alia prætermittamus) thematis nostri probationem quoque suppeditat, quando puellula suavissima duorum, & quod excurrit, annorum, debitum naturæ persolvit. Quo ipso in peccatis se natam & conceptam demonstravit. cum alias mors importuna, omne sacram prophanans, nihil in eam juris habuisset. Nata vero est elegantissima hæc puellula CLARA Soltow/ Anno 1625. die 24. Januar. inter 10. & 11. vespertinam. Intelligentes autem pīj parentes, non satis esse nasci. Sed etiam medio divinitus ordinato renasci. Ideo postpositis omnibus impedimentis, lavacro Baptismatis, ordinario ~~naufragio~~, secundum Apostolum, organo, filiolam hanc suam tingi voluerunt, mensis insequentis 2. Februar. Patrem habuit Virum Consultissimum DN. BERN HARDUM Soltow/ J. U. Doctorem celeberrimum; Matrem vero AGNETAM Beatae fons/ fœminam virtutibus sexui fœmineo competentibus condecoratam. Avum paternum venerandum, Amplissimum & gravissimum senem, DN. BERN-

A 3

HAR-

HAR DUM Sostow/ Seniorem olim Ecclesie Cathedratis Slesvicensis , ac Illustriss. Celsiss. Principum ac Dominorum Domini, Dn. ADOLPHI PHILIPPI & JOAN - ADOLPHI felicissimæ recordationis , hæredum Norvegiæ Ducum Slesvici, Holsatiæ &c. Præfectum ærarij, ante decennium mense Aprili vita functum. Aviam Paternam CLARA M. Tøken/ Viri Amplissimi & Prudentissimi DN. PAULI Tøken/ Consulis quondam Chiloniensium , in urbe metropoli Holsatiæ, optimè meriti filiam , matronam adhuc superstitem ætatis annum 74. jam agentem , quæ ob carissimæ , & unicè dilectæ filiæ CLARÆ, uxoris Viri Prudentissimi ac Spectatissimi DN. DETHELEVI Lauth/ Consulis Husensium , præmaturum obitum , maximo adhuc in mærore ac luctu versatur, quem (postquam abyssus calamitatis una alteram inclamavit) non parum obitus hicce inopinatus & repentinus dilectissimæ neptis adaugebit. Maternam originem quod spectat , avum habuit Virum Amplissimum DN. BALTHASAREM Beselin/ Senatorem hujus Reipubl. spectatissimum, ordinis nostri amantissimum. Aviam CATHARINAM Rungen / matronam egregiis virtutibus exornatam , Amplissimi DN. HENRICI Rungen/ Consulis quondam hujus Reipubl. spectatissimi præclareq; meriti filiam. Ex illis tam laudatis majoribus cum piè defuncta nostra progenita sit, quis dubitaret semina virtutum simul in illam esse propagata ; adeo quidem ut cum late materno virtutes simul traxisse dici queat. Hinc quæ in tam tenella ætate amari solent , non defuerunt, sed sensim sese exeruerunt. Ea propter parentibus charissima exstitit. Unde jam facile colligere est, quo in acer-

acerbissimo luctu mœstissimi parentes versentur. Longiori certè vita dignissima fuisset, si Altissimo, in cujus manibus vita salusq; nostra consistunt, ita visum fuisset. Verum acquiescent pij parentes in benevola Dei voluntate: ille prius dedit, quod nunc abstulit. Simul & consolabuntur se dicto ex libro sap. desumpto. *Justus si matura morte obierit in quiete futurus est.* Morbi genus quo elegans hæc puellula extincta est, variolæ & morbilli fuerunt. De quo morbi genere explorata res est, inter decem millia, vix reperiri unum, qui variolarum & morbillorum vires semel saltem in vitâ non experiatur: imò miraculi instar censetur, ut Arabes medici scribunt, si mortalium quis labe hac non inficiatur. Idem plane tenellæ huic puellulæ contigit, correpta enim est 17. hujus, febri ardentissimâ, quam morbilli maligniores subsecuti sunt, qui licet protuberare & efflorescere sequenti die inciperent; tamen cum eorum color partem violaceus, partim lividus ac subniger appareret, & ob materiae tum pravitatem ac copiam; tum naturæ tenerioris; appropriatis quamvis juvaretur remediis, imbecillitatem, ab externis partibus ad internas nobiliores introcederent: febris quoque illa ardens post morbillorum eruptionem non remitteret solum, ut solet quandoque, sed etiam intenderetur, factum est, ut retrocedens effrænis hæc materia, & nobiliora viscera, quorum functionibus vita carere nequit, cum impetu enormi petens, graviora & lethalia quidem inferret symptomata, vitæq; dulcissimæ terminum nimis præproperè, tertio scilicet statim ab invasionis die acceleraret circa 12. noctis, 19. hujus. quo animulam sanguine Christi mundatam, inter pias adstantium preces exhalavit.


Filio-

Filiolæ huic desideratissimæ constituerunt mæstissimi
mi parentes hodie hora prima in templo Mariano funus
facere, ad quod frequenti conventu cohonestandum,
omnes omnium ordinum cives Academicos, qua par-
est diligentia rogamus ac sedulo hortamur, ut dicto lo-
co & tempore processionem funebrem frequentes
exornent. Exigit id patris utpote concivis nostri clari-
ssimi dignitas, tum & familiae splendor ac erga ordi-
nem nostrum favor & benevolentia. Itaque denuo
omnes qui Jurisdictionem nostram agnoscunt mone-
mus atq; officiosè rogamus ut piè defunctæ animulam
ad dormitorium usq; deducant, ac suæ simul mortalita-
tis certissimè aliquando futuræ recordenter. Mors
(enim) certa est, incerta dies, hora agnita nulli. Extre-
mani quare, quamlibet esse puta. P. P. Rostoch. sub
Sigillo Academiz, 22. Junij Anno 1627.



ut non solum eximi plenè (in hac vita se
sed ne quidem agnoscatur peccatum est.
At inquis, illa quæ proponitur experie-
cum non ab omnibus talis esse agnoscatur;
aliam mecum consideres experientiam
rem; videlicet Mortem. ~ Mors sane pa-
Adami teneri obnoxios, adeo luculentem
qui hoc diffiteri præsumat, ille solem in-
descere neget. Nam scriptura Sacra me-
tum, nexus induculo conjungit, ideo stipe
mortem nuncupat. Et in omnes homines
vasisse, quatenus omnes peccarunt, assevera-
num funus (ut alia prætermittamus) tunc
probationem quoque suppeditat, quando
vissima duorum, & quod excurrit, anno
naturæ persolvit. Quo ipso in peccatis
ceptam demonstravit: cum alias mors im-
sacrum prophanians, nihil in eam juris ha-
verò est elegantissima hæc puellula C L A
Anno 1625. die 24. Januar. inter 10, & 11.
Intelligentes autem pīj parentes, non
Sed etiā medio divinitus ordinato in
postpositis omnibus impedimentis, lav-
atis, ordinario ~~marij reveries~~, secundum Ap-
piano, filiolam hanc suam tingi voluerun-
quentis 2. Februar. Patrem habuit Viru-
mum DN. BERN HARDUM Solto-
rem celeberrimum; Matrem verò AG.
felinis / fœminam virtutibus sexui fœmi-
tibus condecoratam. Avum paternum
Amplissimum & gravissimum senem,

A 3



the scale towards document

0311